nob porta interior testamentum nouu. porta uero exterior testamentu
uetus. Quia et hoc spiritale intellectu apert et illud rudib; adhuc mentib;
in hystoria sacri eloquii litteram custodiunt. Habet autem uestibulu portę
interioris in magna iam multitudine fideliu populoru duo latera. uideli
cet dilectionem di et dilectionem proximi. Binę autem mensę sunt hinc et inde.
quia in dilectione di necessario tenenda e fides et uitę mundicia. In di
lectione autem proximi debet summopere pacientia et benignitas custodiri.
Est autem in dilectione di necessaria fides et uita. Quia uidelicet scriptu est.
Sine fide inpossibile e placere do. Et rursum scriptu e. Fides autem sine
operib; mortua e. Est autem in dilectione proximi nob patientia et benig
nitas conseruanda. Quia de eadem dilectione scriptu est. Caritas patiens e.
benigna est. Patiens scilicet ut inlata a proximis mala equanimit portet.
Benigna autem ut sua bona proximis desiderabilit inpendat. Habet quoq;
uestibulu quod est exterius uidelicet lex. Duo latera. spiritales patres et
carnalem plebem. In quib; singul binę mensę st. qui habet in spiritalib;
patrib; doctrinam et prophetiam. habet in carnali plebe circumcisionem et sacri
ficium. In his itaq; VIII mensis immolat. quia quicquid fides credit. quic
quid uita in exemplo boni operis ostendit. quicquid patientia humilit tole
rat. quicquid benignitas largit ministrat. quicquid doctrina salubriter
docet. quicquid prophetia in posteru premonet. quicquid circumcisio ad man
datu exterius ligauit. quicquid sacrificiu ex deuotione offerentis egit.
in omnipotentis di oculis hoc e uictimam ostendit. In lege enim etiam per car
nale sacrificiu quid aliud plebs nisi deuotionem sui cordis immolabat.
Notandu uero quod IIII mensę ad holocaustu fuisse memorant. quę uideli
cet uestibuli interioris e phibent. ut de reliquis IIII exterioris uesti
buli sentiamus. quia ad sacrificiu constructę fuerant n ad holocaustu.

Nota Duo latera. Dilectio di. Dilectio proximi.

Nota Mensę in uno latere. Fides. Vitę mundicia. In alio latere. Patientia. Benignitas. Iacob. Paul.

Nota Alia duo latera. Spiritales patres. Populus carnalis.

Nota Mensas octo. Doctrina. Prophetia. Circumcisio. Sacrificium.

Nota Quę mensę ad holocaustum et quę ad sacrificium.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
STAATSBIBLIOTHEK BAMBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscpatr69/0354